ſic loquitur prima pars. Sed ſi ago reali ſimpliciter propoſita
tunc obſtat exceptio quomodocunqꝫ agam. Et iſta eſt vera in ſe,
ſed non multum placet mihi quantum ad legẽ noſtrã: qꝛ ſi ago
actione perſonali, expreſſa actione ex empo, ſequitur expreſſio
cauſe, ꝛ ſic nõ obſtat exceptio rei iudicate. Idẽ crederem in rei vẽ-
dicatione, ſi agã contra te rei vendicatione, que competit ei, qui
eſt dominus de iuregentiũ per occupotionẽ: ꝛ in iſto caſu eſſet
2 idẽ ꝙ eſſet in perſonali. Guid. de ſuza. †legit, ꝙ eſt differẽtia in
ter actionem perſonalem, ꝛ realẽ, dicit ipſe in formatiõe libelli:
qꝛ in perſonali debet quis exprimere cauſam ſue petitionis, vt
ago certi condictione, qꝛ mutuaui: ꝛ ſic contractus debet expri
mi. In reali non exprimitur, qꝛ non poteſt eſſe dominiũ, niſi ex
vna cauſa, ſed actio perſonalis poteſt ex pluribus contractib⁹
competere. Et iſta lec. eſt vera in ſe, ꝛ approbatur ꝑ gl. in l. j. ſ.
3 de eden. in gl. mag. ſed quantum† ad §. noſtrum, non eſt ver, qꝛ
hic nõ querimus de formatione libelli, ſed quando obſtat exce-
ptio rei iudicate in perſonali, ꝛ in reali. Teneamus ergo lectu
4 gl. ꝛ ad eam opp. C. de iudic. l. licet. Huius contrarij timore† di
cit gloſſa, dico quod obſtat exceptio rei iudicate ipſo iure, nõ in
effectu. Et vide d. gl. in verb. actiões. ibi, ſi ergo excipitur ⁊c. ꝛ
illud eſt verum, ſi fuit petitio generalis, proſecutio ſpecialis, ꝛ
ſententia generalis. Alias ſi fuiſſet ſententia ſpecialis, ipſo iu†
re nõ obſtaret exceptio rei iudicate. l. age. C. de trãſac. ꝛ l. j. C.
5 de idic. ¶ †Unum aliud volo[a] ꝙ notes. ꝙ gloſſa. dicit, ꝙ in non
a proſſecutis non obſtat exceptio rei iudicate: in effectu eſt verũ,
quãdo quis nõ eſt proſecutus ignoranter: ſecus ſi ex certa ſcien
tia, ꝛ malitioſe, l. de rebus. ſ. de arbi. ꝛ neſcio alibi iſtum caſũ. ꝛ
vidi vnum cõpromiſſum generale. ꝛ ſic fuit facta petitio gene-
ralis, ꝛ ꝓſecutio ſpecialis, ꝛ ſententia fuit lata generalis, ꝛ tunc
non refertar ad non proſecuta: verum eſt, quando non fuit pro-
ſecutus ignoranter: ſecus ſi ſcienter. Sed oppo. de l. in delictis
§. ſi detracta. ſ. de noxa. Gl. non ſolnit. Sol. ibi eadem cauſa a-
gebatur, qua prius agebatur, licet cum adiectione nonequalita
tis: hic vero nos loquimur, quando alia actione, ꝛ alia cauſa a-
gitur. Sed opp. contra iſtum ſol. de l. habebat. in princ. ſ. de in
ſtito. verũ ibi gl. multũ ſe inuoluit. Pet. ꝛ doc. dicunt, ꝙ nõ poſ
ſum agere propter nouã qualitatem, niſi reſtitutione petita ex iu
ſta ignorãtia. Et hoc dicit Cy. in l. error. C. de iur. ꝛ fac. igno. ꝛ ca
ſus eſt i l. queſitũ. alias eſt ſ. ſi. l. j. ſ. qñ actio de pecu. eſt an. ꝑ pẽ
b ſ. eo. l. ſingulis. Sol. ibi ex eadem cã, hic ex diuerſis. ¶ Op. de
l. j. in prin. ſ. de eden. Reſpon. nam debet actor declarare libel
lũ ſuum reo poſtulante, l. vlt. C. de anna. excep. ꝛ l. j. ſ. de eden. ꝛ
ibi not. ꝛ dic vt ibi. †Et vt iſta contraria recolligam, diſtingue,
aut quis propoſuit actionem ſimpliciter ꝛ generaliter, aut ppo
fuit expreſſa cauſa. Si generaliter ꝓpoſuit, ꝛ tunc aut expreſ-
ſione actionis colligitur expreſſio cauſe, ꝛ tunc ad illam tantum
c reſtringitur actio, vt hic ſecũdum lec. Dy. ꝛ no. in l. j. in gl. ma-
gna ſ. de eden. Aut ex expreſſione actionis non colligit expreſ-
ſio cauſe, vt ago certi codictione: ꝛ tunc aut ſimpliciter ſunt ꝓ
ſecutus, ꝛ obſtat exceptio rei iudicate i alia. l. fin. C. de anna. ex
cep. aut vnam cauſam ſum tantum proſecutus, ꝛ tunc aut ſentẽ
tia fuit ſpecialis, ꝛ non obſtat exceptio rei iudicate i alijs cau-
ſis. l. age. C. de tranſactio. ꝛ l. licet. C. de iudicijs. Aut† ſententia-
fuit ſimplex, ꝛ generalis, ſicut petitio: ꝛ tunc aut qs omiſit alias
cauſas proſecutioni ignorãter, aut ſcienter, ꝛ malitioſe: ſi ignoran-
ter licet obſtet exceptio rei iudicate in alijs, tamen replicatione
eliditur. l. licet. C. de iudic. ꝛ hoc ſecundũ lec. gloſſa. Si i emiſit
ſcienter, ꝛ malitioſe in alijs nõ obſtabit rei iudicate exceptio. l. de

reb⁹.ſ.de arbi.vbi eſt tex.ſing.Pe.tenet in d.l.licet.de iud.Si
vero in iudicio certam cauſam expreſſit,⁊ tūc aut vult agere ite
rato,actione alia deſcendente ex ali cauſa ⁊ poteſt,vt hic,⁊ l.cū
querit.⁊ not.in l.ſi mater.§.j.ſ.eo.Aut vult agere eadē actione
cum adiectione diuerſe qualitatis,⁊ tūc non poteſt,l.in delictis
§.ſi detracta.ſ.noxa.ſed per reſtitutionē in integrum ex cauſa
iuſte ignorantie poſſet,l.habebat.in prin.ſ.de iſti.⁊ l.ij.alias §.
fin.l.j.ſ.quādo act.de pecu.eſt ann.Habes expeditam materiā
de actione pſonali.Formo vnam queſtionem.dixi ꝙ in pſonali
d cogitur actor declarare cauſam:Sed quero^d,tu†agis actione
8 perſonali ad delictū ciuiliter,an habeas neceſſe exprimere in li
e bello ciuili omnia,ſicut in criminali,⁊ declarare diem,⁊ locū in
ſecundum formam l.libellorum.j.de accu.⁊ ita in actione dſcen
dente ex delicto,ſicut ex contractu.Dico ꝙ non debet ſic expri
mi in cōtractibus,prout in delictis,arg.eius qđ not.in l.teſtiū.
C.de teſtib.extra de fide inſtru.c.cum Joannes.vbi de tēpore
non cogitur teſtis deponere.Si ergo eſſet neceſſe exprimere in
libello tempus,tunc ſi teſtis non deponeret,non valeret:⁊ ideo
non eſt neceſſe,vt exprimat.Et hoc tenet Jnn.in c.Abbate ſa-
9 ne de re iudi.lib.vj.Sed quando actio deſcendit ex delicto ha-
beret neceſſe exprimere diem ⁊ locum.Et probatur hoc p l.ait
pretor.in prin.j.vi bon.rap.⁊ l.idem exigit.ſ.đ dolo.⁊ extra đ
pcu.c.tue.qđ dic,vt l.pretor edixit.in princ.j.de iniur.¶Se-
cundo venio ad materiam realis,⁊ opp.innuitur hic dominiū
poſſe haberi ex pluribus cauſis.Cōtra de l.iij.§.ex pluribus.ſ.
10 de acqui.poſ.Rn.vt ibi dixi,ꝙ†dominiū nō poteſt haberi ex di
uerſis cauſis concurrentibus in diuerſum tempus,in idem tē-
pus ſic.Secundo opp.de l.minor.§.j.de euic.Gl.dicit vt ibi Di
xi tibi ſ.e.l.ſi mater.§.eādem.¶Tertio opp.de gl.magna ⁊ vt
videt ꝙ ratio poſita in textu,ſit magis in contrarium.Si enim
plures cauſe ſint,ex quibus debetur,plures videtur deducte:ſi
ex vna cauſa eſt mea,vna videt deducta.Et gl.ſoluit multū cla
re.⁊ vide eā i verb.apprehendunt.que incipit,ratio iſta.Opp.
ſ.eo.l.ſi mater.in princ.Sol.ibi ſpeciale matre.Alia ſol.eſt,ꝙ
ibi per reſtitutionem.dic vt ibi.¶Cppo.extra gloſſ.de l.ſi ma
ter.§.ſi.quis autem fundum.ſ.eo.vbi q egit reali,poteſt iterū
agere.Gloſſ.hic ſentit in princip.quod ibi fuit appoſita in libel
lo certa cauſa,hic vero nulla cauſa fuit expreſſa:⁊ ideo obſtat in
omnibus exceptio rei iudicate,qr omnes vidētur đducte.Pet.
dicit cōtra,ꝙ etiam ſi vnam tantum cauſa ſi expreſſa,omnes vi
dentur deducte:⁊ obſtat exceptio rei iudicate,probatur quādo
quis non poteſt cogi ad expreſſionem cauſe certe,licet certam
cauſam exprimat ſua ſpōte,omnes cauſas videtur deduxiſſe,l.
ſcio.in fi.j.de appe.coniuncta l.j.i prin eo.ti.Propter ꝙ dicit
Petr.opi.gl.nō eſſe verā:⁊ Cy.ſequitur in l.edita.C.đ edē.An
f ſit vera iſta opi.Videamus^f an in reali†poſſit quis cogi expri-
11 mere certā cauſam.Et glo.habuiſtis ꝙ ſi,in l.ſi mater.§.deni-
que.ſ.eo.in gl.magna.Sed iſta gl.male dicit,⁊ contra acſuz hu
ius §.ſm vnam lec.⁊ contra gl.que eſt in l.j.ſ.de eden.Et in hoc
dicit vnum Pet.tamen ſi exprimat dicit Pet.an omnes videa
tur deduxiſſe:certe non vt ſ.eo.l.ſi mater.§.ſi.quia aūt fundum
⁊ opi.gl.eſt canonizata extra de re iud.c.Abbate ſane.lib.vj.
Nō.ob.l.ſcio.đ appel.Et ratio eſt,qr omnē cauſā proſeq poſſū
in appellatione,cum interim ab illa ſentētia non poſſim appel-
lare ,ppter curſum tēporis.¶Cpp.de l.ſi mater.§.eadē.ſ.e.
Sol.verū eſt ex alia cauſa de nouo emergenti.hoc ſentit hic gl.
¶Cppo.de l.ſi ex teſtamēto.j.eodem.vbi poſſum agere itera
to,verum eſt ad alias cauſa,qua nō fuit proſecutus,⁊ ad alias,
12 que tunc non cōpetebant,ſic.Reaſſume†ergo breuiter circa ac
tionē realem ſic.Aut quis egit reali expreſſa certa cauſa,aut nul
la cauſa expreſſa.Si expreſſa certa cauſa,nō obſtat agēti ex alia
exceptio rei iudicate,l.ſi mater.§.ſi quis autē ſupra eodē.Aut
certa cauſa non fuit expreſſa,⁊ tūc aut proſecutio fuit facta ſim
pliciter,⁊ tūc obſtat ex exceptio rei iudicate in omnibus,vt hic.
Aut fuit facta proſecutio in vna tantum,⁊ tunc aut volo agere
ex alijs cauſis impetrata reſtitutione i integrum,⁊ reſtitutione
petita ex cauſa ignorantie iuſta,tunc poſſū,l.ſi mater.in prin.
ſ.e.Aut non habeo iuſtam cauſam ignorantie,⁊ tunc agere non
poſſum.Fallit in matre,d.l.ſi mater.in prin.ſm aliam lec.⁊ hoc
eſt verum ad eadem rem.ad aliam poſſum,l.ſi quis ex teſtamen
to.j.eo.⁊ hoc eſt verū,ſi volo agere iure dnij:ſecus ſi iure quaſi
dominij.l.minor.§.j.ff.đ eui.¶Circa realē actionē,formo que
ſtiones aliquas,quas non credo tibi notas,nō eas ponit Cy.C.
13 đ ali.iudi.mutā.cau.facta.Et primo†quero,dixi tibi,ꝙ ſi egi
reali,⁊ ſuccubui in ciuili,ꝙ poſſū agere Publiciana.Sed qđ
g ſi dixi^g rem ad me pertinere iure dominij,vel quaſi,⁊ ſuccubui,
an Publicianam potero intentare:Jſte libellus licet non pro-
cedat de iure,de conſuetudine admittitur.§.alie.Jnſt.de actio.
eſt text.in c.Abbate ſane.extra de re iudi.lib.vj.tamen gl.q̄ eſt
in d.§.alie dicit vnū verbum valde notabile:qr licet libell⁹ ſic
admittatur,tamen vnū debeo proſequi,vel dominiū,vel quaſi
dominium.⁊ tunc eſt queſtio,an vno pſecuto obſtet exceptio rei
iudicate in alio.Et breuiter dicit Jo.an.notabile verbum in d.
c.Abbate.ꝙ nō obſtat exceptio,quia ope replicationis eliditur.
Sed illa gl.poteſt ſuſtineri,quando proſecutio eſt ſpecialis,ita
ꝙ diſcernat publicianā a dominio:ſꝫ ſi non diſcerneret,vt quia
h dicit^h rem ad ſe pertinere,quia ad vtrūq; refertur,l.verbum
illud pertinere.j.de verborum ſignificatio.⁊ tūc idem ꝙ in per
ſonali eſſet dicendum.¶Quero,quid in hypothecaria:Et glo.
14 format hic,⁊ vide gl.in verb.ex qua.que nō ſoluit,†⁊ incipit,ſta
tim ab initio.⁊ in actione hypothecaria debes dicere:quia quot
obligationes,⁊ tot actiones,tunc eſt eadem ratio in hypotheca
ria,que in perſonali.⁊ Guli.de Cuneo tenet in l.ſolutum.§.per
15 liberam.ſ.de pigno.actio.¶†Quero,quid in confeſſoria,⁊ ne-
gatoria ſimpliciter propoſita:Et proſequor vnum,⁊ credo qđ
idem ſit,ꝙ in perſonali,quia ex pluribus cauſis poteſt deberi,⁊
pluribus.l.in concedendo.ſupra,de aqua pluuia arcenda.⁊ l.
16 Lucio.ſ.de aqua quotidiana ⁊ eſti.¶Quero,†quid in actione
miſta,vt in petitione hereditatis:Et breuiter petitio heredita
tis,lꝫ ſit miſta,in aliquo ſortitur naturam realis:quia nō poteſt
eſſe heres,niſi ex vna cauſa.Jtem vnus inſolidum,l.heredi.j.de
caſt.pecu.⁊ idem ius eſt quod in reali,l.ſi mater.ſ.eo.⁊ l.ex ſex-
17 tante.j.e.¶Quero,†quid de actione perſonali in rem ſcripta,
vtrum iudicabimus ſecundum regulam perſonalium,an ſecun
dum regulam realium.vt in actione ad exhibendum,que eſt mi
ſta:l.de eo.in fin.ſ.ad exhiben.Et dico ſecundum naturam per
ſonalium,quia ex pluribus cauſis poteſt deberi,l.iij.§.j.ſ.ad
exhiben.¶Dixi ſ.quod ex iure ſuperuenienti de nouo poſſum
agere,quantūcunque fuerit ⁊ petitio,⁊ ſentētia generalis.Mo
18 do quero,†eſt ne hoc verum ſiue ius de nouo ſuperueniat pen-
dente iudicio,ſiue poſt,⁊ fuit reus abſolutus,⁊ ſuperuenit cau-
ſa ante abſolutionem:Et Dyn.đt ſic.Quandoque ius compete
bat actori ab initio reſpectu ſui,licet reus non teneretur,⁊ tunc
ſi ex parte rei pendente iudicio ſuperuenit,tunc iterum agenti
obſtat exceptio rei iudicate.l.iiij.ſ.de petitio.hered.⁊ l.queſi-
tum in princ.ſ.de pecul.notio l.non poteſt.ſ.de iudic.quando
que deficiebat ius ex parte actoris ab initio quod ſuperuenit
pendente iudicio,⁊ poſtea reus fuit abſolutus,tunc aut ſuperue
nit ius ex cauſa de p̄terito,⁊ obſtabit exceptio rei iudicate,que
retrotrahitur,l.ſi rem.§.fina.de pign.actio.⁊ ſ.manda.l.ſi man
dauero tibi,vt a Titio.Aut ſuperuenit ius ex cauſa noua,⁊ tūc
non obſtat exceptio.l.Atteius.in fine cum l.ſequent.ſ.de aqua
plu.arcend.⁊ lege,non poteſt.ſ.de iudi.⁊ hoc eſt verum,licet ex
primat cauſam,vel non.Sed licet Dyn.dicat,tamen vide caſū
in l.ſi mater.§.eandem.ſ.eodem.ibi,mox alia cauſa noua poſt.
⁊ per illum text.ſe fundat Dyn.Sed de equitate canonica eſt in
troductum illud,qđ ſi pendente iudicio ſuperueniat ius qđ ab
initio non competebat,tunc venit in illo iudicio generaliter p-
poſitio,d.capit.Abbate ſane.Procedo vlterius circa hoc,po-
9 ne qđ expreſſi vnam cauſam,tamen illam expreſſi generaliter,
vt ago ꝯ te,dicēs ꝙ res pertinet ad me ex cauſa emptionis,vel
ago actione ex mutuo,non dico quando,nec qualiter factū ſit,ſu
peruenit actio,vel ꝯtus mutui pendente iudicio,an iſto iudicio
claudatur:Jpſi determinant ꝙ non.Ratio eſt,tu ſcis,qđ queli-
bet actio habet vnam cauſam proximam,⁊ vnā remotam,l.cum
de hoc.j.eo.⁊ hic glo.not.Jn reali eſt cauſa proxima ſcꝫ domi-
nium:in perſonali eſt proxima cauſa,ſcꝫ obligatio cauſa remo-
ta eſt,contractus,⁊ traditio:qñ exprimo cauſam proximam ge
neraliter,vt dico ad me pertinere iure dominij,vel dico te obli-
gatum ad decem,⁊ tunc ius ſuperueniens pendente iudicio,in
iſto iudicio clauditur.Sed qñ propono libellum generaliter ex
cauſa remota,vt ex cauſa emptionis,⁊ ex cā mutui,tunc ſuper-
ueniens ius in illo iudicio nō clauditur.Et ratio eſt,quia cauſa
remota de neceſſitate preſupponit locum,⁊ tempus:qr ſi dico
emptio,oportet ꝙ ſit facta certo tempore,⁊ loco ⁊ traditio non
pōt eſſe,ꝙ nō ſit facta loco,⁊ tempore.Unde cum dicis,ex cā em
ptionis,intelligit de certa emptiōe facta certo loco,⁊ tempore.
Sed quando ponis cauſam proximam,vt dominum,vel dico te
obligatum ad decem,tunc obligatio,vel dominium non claudi
20 tur†tempore ꝯtus,ſicut ius ſuperueniens illo iudicio claudi-
k tur.Sed qđ ſi^k expreſſi cām remotam venditionis,⁊ donatio-
nis,⁊ pbaui,non tamen probaui de tempore,⁊ ſic non apparet
an ante litem conte.vel poſt,fuerit facta.Reſ.reus abſoluetur,
arg.eius quod no.de neg.ge.l.eum actum.in fi.per gl.⁊ de ope,
no.nun.l.non ſolum.§.ſed vt probari.⁊ Jo.An.hoc tꝫ in d.cap.
21 Abbate.qđ no.Quero vlterius,†vtrum in libello quis cogatur
exprimere cauſam proximam,vt dico,mutuaui tibi centum,an
debes dicere,ad que es mihi obligatus:Dy.tractat hic,⁊ tenet
quod non,⁊ eſt verū per regulam,quam dixi vobis in l.omnes.
§.Lucius.ſ.que in frau.cred.iſtum tex.ibi non allegat.Cy.for-
matin

mat in l. edita. C. de edend. Uide de cā proxi. ꝛ remota: modo
22 quero, †an ſufficiat expſſio cauſe hoc modo, emi rē a te, ꝛ tradidiſti tu habuiſti rem ex cā donationis a Titio, ago ꝯ Titiū, ſufficit ne allegare authoris mei cām. ſ. cām donationis? Apparet decretalis ꝙ non, ꝛ dꝫ abſolutio ſequi. Caſus eſt in d. ca. Abbate ſane. Nos videmur habere gl. in ꝯriam in l. iij. ŝ. d' peti. her. ſm vnam lec. ꝛ dt ſic, ſum heres Titij ex teſtō, fuit Titi⁹ heres Seij ab inteſtato, volo vendicare hereditatem: ſed qualiter vendicabo? Et certe tanq̄ heres ab inteſtato: ſicut author meus. Ita dt ibi gl. arg. tex. in l. vlti. ŝ. de fideic. her. pet. Pe. ꝛ Cy. format iſtam q. in l. fi. C. de here. inſti. Quid dicem⁹? Hr ſi quis diceret illud ꝙ dicam, credo ꝙ gl. ꝛ doc. dicant bene in ſucceſſore vniuerſali, verum et gl. q2 poſſum allegare cām proximam meam, q2 heres, ꝛ cām authoris mei. l. iij. §. ex plurib⁹. ŝ. de acq. poſ. ibi dum dt, ꝛ pro herede, ꝛc. In ſucceſſore ſingulari loquitur decretalis, que nō pt niti ex perſona authoris ſui, q2 non eſt eadem perſona cum eo. gl. dt in l. nemo plus iuris. j. de regu. iur. Quid in cā appellationis: Quid in cā nullitatis? Quid in cauſa reſtitutionis in integrum: Iſta habemus dimittere hic, ſed alias dicemus.

ADDITIONES.

a And. Barb. ℭ Unum aliud volo. No. ſing. caſum, ꝛ vide Ang. in l. tres fratres. ff. de pac. ꝛ vide Mod. in c. pe. de except. vbi faciunt feſtum de iſto dicto, ꝛ ibi ēt allegant aliud not. dictum Bar. in l. j. C. de ord. iudi. per tex. in l. duobus. j. eo.

b Alex. ℭ Opp. de l. Adde Bar. in l. edita. C. de eden.

c ℭ Lec. Dyn. Uide Bar. in l. j. circa fi. C. q̄n prou. non eſt nec. ꝛ in l. ſi expreſſim. j. de appel.

d And. Barb. ℭ Sed quero. Et vide Bar. in l. j. §. interdictum. ŝ. vti poſſ.

e Alex. ℭ Ciuili. Ad materiam adde ꝙ ſi iudex videt male actum ex vna cā, ꝛ ꝙ ex alia cā potuiſſet bene agi, pt in ſnīa reſeruare ius agendi ex alia. l. Sebius. in fi. de pac. dot. ꝛ Bal. in auth. ſed ſi quis. de ſecun. nup.

f ℭ Uideamus. In reali non poſſū cogi cām exprimere. Adde Bal. ꝛ Ang. in l. fi. C. de an. exce. ꝛ idem tꝫ Inn. in c. conquerente. de off. ord. ꝛ ibi vide ēt quid in perſonali. ꝛ Inn. in c. cum dilectus. in ver. iuſtitiam. de off. ord. per Cy. in d. l. edita. de edē.

g ℭ Sed quid ſi dixi. No. an pcedat libellus, dico rem ad me ptinere iure dnīj, vel quaſi, ꝛ an vtrunq; poſſum proſequi: ꝛ an ſi vnum tm̄ pſequor, obſtet exceptio rei iudicate in alio. ꝛ adde ꝙ legit ꝛ no. in l. minor. §. ſi ſeruus. ŝ. de euic. ꝛ ꝙ ibi Barto. ꝛ doc. dum Bar. hic, proſequendo gl. in §. alie. Inſt. de act. dt, ꝙ lꝫ rei vendicatio, ꝛ publiciana poſſint cumulari in libello, ꝙ tm̄ vnam tm̄ dꝫ proſequi. Adde quod, imo vr̄, ꝙ vtranq; poſſet proſequi, per d. c. Abbate. de re iud. lib. vj. ꝛ ibi etiam no. ꝛ qd no. in c. conſtitutus. de reſti. in integ. ꝛ not. per Imo. in c. ex parte. reſcr. ꝛ que no. Bar. in l. ſi expreſſim. de app. in q. de libello, in quo dico ſnīam nullam, ꝛ ſi qua eſt, appello ꝛc. Sed qūo fient pbationes, que erant ſibimet ꝯrie, que non admittuntur, vt not. Bal. in l. j. in verſi. ꝛ no. ꝙ idem. C. de fur. Uide eum etiam ibi in v. oppo. pt dici, ꝙ fiet poſitio de quaſi dnīo: que ſi negabitur, poterit fieri poſitio de dnīo, ꝛ pars aduerſa non poterit ſe fundare ex poſitione negata.

h ℭ Ut q2 dt. Uerbum pertinere, refertur ad dominium, ꝛ quaſi dominium. ꝛ adde gl. ꝛ quod ibi dixi poſt Bar. in l. ſi quis intentione. ŝ. de iudi.

i ℭ Procedo. No. hec ad c. Abbate ſane. de re iudi. in vj. ꝛ vide ad hoc Bal. in l. j. C. ſi plu. vna ſen. ꝛ Inn. in d. c. Abbate. ſup vlti. gl. ꝛ Bar. in l. non pt. de iud.

k ℭ Sed quid ſi. Adde Bal. in l. j. in fi. C. ſi plu. vna ſen. ꝛ Bar. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. de ope. no. nun. ꝛ Bald. in l. j. vti poſſ. ꝛ Bar. in l. non poteſt. in prin. de iud. ꝛ Bal. ꝛ Ang. in d. l. cum actum. de neg. ge.

LEX XV.

a **Si inter me ꝛ te.** [a]Op. ex gl. vltra docto. q̄n duo iudicia ſic ſe hn̄t, ꝙ abſolutoria lata in prima parat exceptionē rei iudicate in ſcd̄a, tunc non admittitur concurſus. l. fundi. ꝛ l. fundum. §. j. ŝ. ti. j. Rn̄. ibi, loquit de actionibus pꝛeiudicialibus propoſitis ab eodē. hic a diuerſis. Sed tunc op. ꝛ iſtud no. †q̄n proponuntur due actiones pꝛeiudiciales, dꝫ ſuper vna pcedi, ꝛ in alia ſuperſederi. l. j. C. qui acc. non pn̄t. hoc eſt verum q̄n vna cauſa eſt maior alia, q2 ſuper maiori procedetur: vt dixi in d. l. fundum. ŝ. tit. j. ꝛ ſic loquitur l. j. Sed q̄n ſunt equalis potentie, tunc vtraq; agitur.

ADDITIO.

a Alex. ℭ Si inter me ꝛ te. Iſtam l. ſi inter. alle. Bar. in l. ſepe. in j. q. de re iud. Et ad hanc l. vide Bal. in l. cum Papinian⁹. C. de ſen. ꝛ omnino Bal. in l. edita. C. de eden.

LEX XVI.

Euidenter enim. Op. de l. vlti. C. de pſu. rei iu. Sol. nouatio. i. noua actio, non aūt antiqua perimit. Op. C. ſi plu. vna ſen. l. j. Sol. gl. qd ibi verū ſimiliter eſt cōdemnatus in vno, ꝛ in alio abſolutus. Truffa eſt, melius notat in ꝯrio, q2 aut agitur prima actione, ꝛ tunc non obſtat exceptio in alia parte, aut agitur ex ſnīa, ꝛ tunc non nocet. Cp. ŝ. de iure aur. an. l. ij. Sol. vt ibi. Op. de l. ſi quis cum totum. §. plane. ŝ. eo. Sol. ibi, prodeſt ei qui ſoluit.

LEX XVII.

Si rem meam. Innuit iſta lex, ꝙ opꝫ ꝙ pbet ſe dei iſſe poſſidere. Et ſic q ſemel poſſedit, ſemper pſumitur poſſidere. Item habemus ꝙ opꝫ ꝙ pbet ſe non dolo deſiiſſe poſſidere, ꝛ ſic dolus pſumit. Ad primum op. C. de proba. l. ſiue poſſidetis. q2 ſolo aīo amittit poſſeſſio. l. iij. §. in amittenda. ꝛ l. quemadmodum. ff. de acq. poſ. Sol. pbat eo ipſo ꝙ ꝯriū non probatur. ꝛ hoc eſt verum, ſi in initio iudicij poſſidebat, q2 etiam tunc pſumitur poſſidere. l. neque. ꝛ ibi no. C. ad exhibē. Cp. de l. quoties. §. qui dolo. ŝ. de prob. Sol. probatur eo ipſo quod ꝯrium non probatur.

LEX XVIII.

1 ☞ Reus ſimpliciter abſolutus, ſi in ſnīa non apponitur cā, in dubio vr̄ abſolutus ex cā que in actis apparet.

2 Si iudex abſoluit reū, q2 nō poſſidet, ꝛ q2 actor nō pbauit, ſi inſpecta prima cā non obſtat exceptio rei iudic. obſtabit ex ſcd̄a.

Si quis ad exhibendum. Iſta lex hꝫ gl. no. ꝛ argu. ad multa. ℭ Quero, iudex
1 †pronunciauit, ꝛ abſoluit reum ſimpliciter, non poſuit cām in ſnīa, an videatur abſolutus, q2 non poſſidet, vel q2
a actor non pbauit: Et dt gl. ꝙ in dubio pſumitur, [a]abſolutus ex
b cā, q̄ in actis apparet, q2 vr̄ abſolutus, [b]q2 non poſſidet, vel quia
c actor non pbauit. Et hoc pt pbari, q2 ſnīa refertur [c]ad acta. l. ait pretor. in fi. ŝ. de re iud. ꝛ l. iij. C. de ſent. que ſine cert. quant. Item probari pt per l. non intelligitur. §. j. j. de iur. fiſ. Sꝫ qd
2 ſi iudex dixit, †Abſoluo te, q2 non poſſides ꝛ q2 actor non probauit, an obſtat exceptio rei indic. Si inſpicitur prima cā, non obſtat exceptio rei iudicate: ſi inſpicitur ſecunda ſic. Et Hug. dt quod obſtat exceptio rei iudicate, q2 non probauit. vt Inſt. de nup. §. affinitatis. q2 ſi ſint due cauſe impedientes nuptias, tunc vna ſufficit ad impediendum, vt habuiſtis gl. in l. ſi ventri. §. in bonis. ŝ. de priui. cred.

ADDITIONES.

a P. P. P. ℭ Preſumitur. Uide Alex. conſ. lxxxi. ver. corroborantur. vol. iij. ꝛ conſ. lxvi. vol. iiij. Et pract. Papi. in forma ſnīe diffinitiue, in gl. in verb. iuribus. Soc. conſ. cclv. verſ. iiij. dicentem ꝙ ſnīa preſumitur lata ex cā que minus nocet. ꝛ el. in c. aduerſario tuo. vbi etiam querit, quid ſi ex actis non apparet, que fuerit cauſa abſolutionis.

b Alex. ℭ Abſolutus. Et ſic in ſnīa non requiritur expreſſio cāe de quo hr̄ per doc. plene in l. ij. §. ignominie. de infa. ꝛ no. Bar. in l. Iulianus. de cond. inde.

c ℭ Snīa refertur. Not. ꝙ ſnīa refertur ad acta. adde l. he enim. ꝛ quod ibi no. de ſuſpe. ꝛ quod no. Bar. in l. Iulianus. de cond. inde. ꝛ no. in c. ſi confirmationem. de elec. in vj. quod tn̄ intellige, ꝛ limita, vt dt Im. no. in l. ex diuerſo. §. fi. ſol. ma. ꝛ ſcripſi in l. cum prolatis. ad fin. ŝ. de re iud. poſt Bar. Et ſic habes hic, ꝙ ſnīa pſumitur lata ex cauſa, que in actis apparet. Sed Bal. aliter dt, ꝛ notab. in l. ij. C. de manu. vind. ꝛ adde Bar. in l. j. C. ſi plur. vna ſen.

LEX XIX.

1 ☞ Excipiens ſi ſuccubuit, quando poſſit agere, ꝛ ei non obſtet exceptio rei iudicate.

2 Due ſnīe diffinitiue ꝯrie, q̄n poſſint ferri ſuper eadem re, ꝙ non ex eadem cauſa, ſecus ex diuerſis.

Duobus diuerſis. Iſte eſt no. lex cū gl. Rot. ij. gl. Op po. dr̄ hic, ꝙ ei qui ſimpliciter ſe defendit, nō ob. exceptio rei iudic. Contra. ŝ. eod. l. ſi mr̄. §. deniq;. ꝛ §. eandē. vbi qs ſimpliciter agendo vr̄ totū ius ſuum in iudiciū deduxiſſe. Gl. ſoluit, ꝙ aliud eſt in actore, aliud in reo. ℭ Cp. d. l. [a]peremptorias. C. ſen. reſc. nō poſ. Gl. que eſt hic, rn̄det ſatis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

no. ad illā legē. Si qđ agiť actione iudicati, nō pt opponi noua exceptio. Si vero agiť actione prima, tūc oēs exceptiones q̄ po-
a tuerūt opponi in prima, ⁊ in iſta. Et eſt multū no. ¶ Ex gl. † op. ⁊ vř, ꝙ hic innuit tex. ꝙ ſi excipiēdo ſuccubuit, nō poſſet agere hypothecaria. Cōtra de l. vēdicātē. cū l. ſeq. ſ. de euic. Sol. Qn̄ que tēdūt ad eūdē finē, ꝙ ꝓponiť p modū exceptionis, ⁊ qđ ꝓponit p modū actionis. ⁊ tūc obſtat l. ꝙ ſi in die. §. j. ſ. ꝯ cōpen. Aut nō tēdūt ad eūdē finē, ⁊ tūc nō obſtat exceptio, ⁊ loquiť l. vēdicātē. cū l. ſeq. ſ. de euic. ⁊ ibi dixi in l. q Rome. §. duo fratres.
a ſ. de verb. obl. ⁊ p Cy. in l. iij. C. ſen. reſcin. nō poſ. ¶ † Opp. qᵇ
b innuit iſta gl. ꝙ due diffinitiueᶜ ꝯrie pn̄t ferri ſup vna re: qđ eſt
c ꝯ l. j. C. qn̄ pu. nō eſt nec. Et gl. vř nō habuiſſe iſtū intellectū, nec doc. ⁊ iſta eſt veritas, put Deus eſt Deus, ꝙ due ſnīe diffinitiue nō pn̄t ſeq ſup eadē re. Verū eſt ex eadē, inſtātia: ſecus ſi ex diuerſis, vt hic in gl. Et eſt rō, q2 ſnīa lata tūc perit inſtantia, ſi ſententia noua ſequatur, tunc eſt nulla ipſo iure, q2 eſt lata nulla p̄cedente inſtantia, l. ꝓlatam. C. de ſenten. tene menti.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Opp. de l. Et ꝓ no. alleg. hanc gl. Bal. in l. j. C. de iur. ⁊ fac. igno. ⁊ ibi ēt Bar. ⁊ Bal. in l. actori. C. de reb. credi.
b And. Barb. ¶ Opp. ꝙ innuit. Et vide Inn. in ꝯrium in c. cuz dilecta. de reſcrip. ⁊ ibidem Ant. ⁊ Joā. de Imo. qui dn̄t iſtud dictum poſſe procedere, niſi ſnīa prima fuiſſet iudici oſtēſa, q2 tunc non procederet hoc dictum Bar. ⁊ vide que ibi dixi.
c Alex. ¶ Diffinitiue. Qn̄ duo diffinitiue pn̄t ferri ſup eadē re, bene facit qđ no. Inn. in c. ceterū. ⁊ c. paſtoralis. de reſcri. ⁊ Bar. no. in l. cū ꝓcurator. §. ſi dn̄s. ſ. de no. ope. nun. ⁊ facit ꝙ no. idez Bar. in d. l. j. C. qn̄ ꝓuo. ⁊ adde ꝙ dū Bar. hic dt, qđ ſnīa lata ꝯ ſnīam ſup eadē re in diuerſa inſtātia vz: dic ꝙ Inn. in d. c. paſtoralis. in ꝓin. de reſcrip. vř expreſſe tenere ꝯriū. Sed Anto. ibi cōcordat eos hoc mō: q2 aut ſecundus iudex vidi primā ſnīam, ⁊ tunc q2 illa ſnīa inducit notoriū, ſcđa ſnīa nō valebit, tāquā lata ꝯ notoriū. ⁊ ita loquiť Inn. vbi ſ. ſecus ſi nō habuerit notoriū de prima ſnīa: q2 tūc ſit vera opi. de qua hic, ⁊ per canoni. in c. iter. de re iud. ⁊ no. doc. in c. cū dilecta. de reſcrip. vbi vide. Ad hoc facit qđ no. Bar. poſt gl. in l. acta. ſ. de re iud. vez an partes poſſint recedere a ſnīa, ⁊ de hac mā vide Bal. in l. poſt ſnīaz. C. de ſenten. Itē iſtud eſt verū ſi fuit oppoſitū de prima ſnīa: alias ſecus: vt plene per Ang. ⁊ Imo. in l. j. ſ. de re iud. per Anto. in c. ab excommunicato. de reſcrip. per Rom. in l. ſtipꝉo iſta. ſ. de verb. obli. ¶ Adde qn̄ valeat ſnīa ꝯ ſnīam, Bal. conſi. cxcix. lib. j. ⁊ Rom. conſi. cccclxix.

LEX XX.

Si ex teſtamento. No. ergo, ꝙ ſi egi actio ex teſtō, vel rei vēdicatione ad certā rē, nihilominus poſſum agere ad aliā, ꝯ l. ſi mř. §. deniq3. ⁊ §. eādē. i ſi. ſ. eo. Due ſol. danť in gl. Scđm illā vero ſm quā dt qđ fuit actū reali, obſt. ꝯriū. Et tūc dic qđ abſoluať, qn̄ ſimplr̄ ꝓpoſuit, ⁊ vnā cām fuit pſecutꝰ, q2 obſtat in cā de iure, qđ poſſet cōpetere ex quacunq3 cā. ſ3 petitio gn̄alis quo ad res nō porrigiť, niſi ad res nominatas, ⁊ in quib. eſt facta pſecutio. Sed ad id opponiť, qn̄ petitio gn̄alis, pſecutio ſpālis, obſtat exceptio l3 replicatione iuueť, l. l3. C. de iudic. Sol. in intelligo hanc ſm illam, qđ nō obſtet exceptio cū effectu. Vel dic, qđ hic fuit petitio ſpālis: ⁊ hec eſt tertia lec. quā non poniť gl.

LEX XXII.

a Si, cum vno. ᵃ Op. d l. ſi q ſeparatim. §. fi. ſ. de appel. Sol. ibi eſt eadē cā defenſionis, ſecus ſi diuerſa, vt hic. Et iſta gl. ibi rep̄hēdiť, ⁊ illa gl. notabilis ſoluit iſtud ꝯriū, ⁊ bn̄, ꝙ ibi cā appꝉonis, hic in cā principali. Diuerſitatis rōnem dixi ibi.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Si cum vno. Vide Bal. in l. j. in verſ. modo quero. C. ſi vnus ex pluribus.

LEX XXIII.

Si in iudicio. Quero, vtrum illud qđ venit in iudicium, officio iudicis mercenario peti: Et hic eſt tex. ⁊ gl. quod nō. per doc. in l. j. C. de iudi. in pen. q.

LEX XXIIII.

Si quis rem. Op. ⁊ vř ꝙ ille, q eſt abſolutus, nō h3 hāc actionē, ſicadit a poſſeſſione, l. ſ3 ⁊ ſi poſſeſſori. in ꝓin. ſ. de iureiurā. Huius ꝯrij timore legiť duob. modis. ⁊ tene mēti ambas lectu. Et vna eſt hic, ꝙ ego egi rei vēdicatione, ⁊ reꝰ fuit abſolutꝰ tāquā dn̄s. Et ſic no. qđ ſi fuit abſolutus, q2 fuit ꝓnūciatus dn̄s, tūc ſufficit ſibi, l3 nō ſit dn̄s. Et iſta eſt vera in ſe, p l. ſi inter me ⁊ te. ſ. eo. ⁊ doc. ēt ſ. e. in l. exceptio. Alia lect. eſt ꝙ hic agiť publiciana. S3 ꝯ d l. fi. ſ. de publ. Sol. dt gl. fallit hic, ⁊ bene, q2 dt, qđ obſtat exceptio dn̄ij, ſed replicatione eliditur, vt dicie ctus.

LEX XXV.

Si is qui heceres nō erat. §. Eſt in poteſtate. Opp. ſ. de edi. edi. l. ſi tn̄. §. nō nocebit Hec gl. ſol. plurib. modis, An ſint due, quāto minoris, non dico hic. Gl. tangit in l. Julianus. ſ. de acti. empt. ⁊ Pet. hic, ⁊ Cy. in l. j. C. de edil. actio.

LEX XXVII.

a Cum de hoc. ᵃ Iſta lex cōſueuit videri iuuenib. difficilis, ⁊ gl. dt qđ cā proxima eſt emptio ⁊ venditio, ⁊ traditio, ⁊ remota eſt dn̄iū, ⁊c. Iſta gl. nō bn̄ dt hic, ſed melius in l. j. ſ. d edē. in gl. mag. in ꝓin. q2 cā pxima eſt dn̄ium in rei vendicatione, ⁊ Pet. dānat iſtā gl. hic, ⁊ bn̄. Et de hac cā pxima, ⁊ remota dixi plene in l. ⁊ an ea rē. §. actiones. ſ. eo. Tn̄ tu dic ſaluādo gl. qđ in ſpecto originis ordine, dn̄ium dř cā pxima, ⁊ titulus remota cā dř, ſiue vtrunq3 vt genꝰ, ſiue vt indiuiduū cōſideres. S3 ſi dn̄iū vt genꝰ, titulū vt ſpēs, vel indiuiduū, titulus eſt pxima cā, dn̄iuz remota. Sicut q̄ vꝉe eſt magis remotū a ſpecie, quā particulare, ergo, ⁊c. S3 inſpecto ordine petitionis, vbi vtrunq3, vt ſpēs, vel indiuiduū cōſiderať, titulus eſt proxima cā ꝓponēde actionis, dn̄iū remota, Et ita hec gl. itelligiť alias eēt falſa. Eſt ergo differentia inter ordinē propoſitionis, ⁊ pductionis, ſm Dyn.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Cū de hoc. Quid ſi maritꝰ agit rei vēdicatione, ⁊ ſuccubuit, an obſtet exceptio mulieri: Vř p Bal. in doce. in fi. C. d rei vendicatione, ⁊ notat Bar. in l. ſepe. ſ. de re iudi.

LEX XXVIII.

1 ☞ Reus an efficiatur dn̄s ſi agens rei vēdicatione ſuccumbat.

a Exceptioᵃ rei iudicate. † Quero qđ ſi vnꝰ egit rei vēdicatione, ⁊ ſuccubuit, an reꝰ efficiať dn̄s: Et vř qđ nō, vt hic cū gl. Cōtrariū tn̄ vidiſtis i l. ſi qs rē. ſ. eo. Credo qđ dz diſtingui, an fuit abſolutꝰ, q2 actor nō pbauit, ⁊ loquiť hic, an fuit abſolutꝰ tāquā dn̄s, ⁊ obſtat exceptio, d. l. ſi qs rē. ⁊ qđ ibi no. Quero, egi ꝯ reū rei vēdicatione, ⁊ reꝰ eſt dn̄s. tn̄ fuit cōdēnatꝰ, an ſnīa facit me dn̄ū: Et dic vt gl. Plene dixi in l. Pomponius. §. ſi iuſſu. ſ. de acquir. poſ.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Exceptio. Adde q̄ dixi in l. naturaliter. §. nihil. ſ. d acquir. poſſeſ. in ij. lect. vide Bar. ⁊ Bald. in l. ſed ⁊ ſi poſſeſſori. in princip. ſ. de iureiur.

LEX XXIX.

Iudicate quidem. Quero, ſi pnūciatꝰ fuit liber, an p̄iudicet q̄ ad oēs. Et gl. dt qđ ſic. Iſta gl. dt male, ſ3 verū eſt, qđ facit ius ſnīa, ſi eſt lata, ⁊ legitimo ꝯdictore exiſtente, ⁊ cū eo, cuius principaliter intereſt, l. j. C. de igne. manu.

LEX XXX.

Ex ſertante. Op. de l. poſt legatū. §. j. ſ. de his qb. vt indig. Solu. qđ hic nō dt nullū, ſ3 falſum, vel inofficioſum: ſ3 illud reſtringeret legē noſtrā dū dt, de iure teſtamēti. Sol. iſta vera, ꝙ ſimplr̄ petit hrēditatē, nec dixit ex teſtō, vꝉ ab iteſtato, ⁊ fuit vnā cām pſecutus, ad aliā nō pōt poſtea redire. ¶ Oppo. ſ. eo. dem l. ſi mater. §. ſi quis autem. Sol. fateor quod ſi expreſſiſſet vnam cauſam, poſſet ad aliam reddire. Oppo. C. de codi. l. vlt.

Glo.

Gl. dt. ꝙ tunc repelleretur vigore exceptione. Sed iſtud non
eſt verum: q2 illud de d. l. vlti. eſt verum, q̃n ex eadem ſcriptu-
ra vellet ꝯtrium allegare. Sed ſi ab inteſtato egi, ⁊ poſtea volo
ex teſtō agere, tunc poſſum, niſi ſciuerim teſtm̃ eſſe: q2 tunc vi-
renunciare. l. ſi is. §. fi. ff. de acq. her. ⁊ l. filiũ emancipatũ. c. ti.

a **§. Latinus Largus.** [a] Res ſua nemini pt eſſe obligata, vt dicit
hic, ⁊ l. neq3 pignus. j. de reg. iur. Et vide iſtam gl. que peſſime
ſoluit, ꝙ non fuit factus dñs, ſed illud eſt ꝯ tex. ibi, dño conſti-
tuto. Item ꝯ principium legis ibi, ꝓprium. ſ. Titij. Vera ſol.
eſt, q̃n res efficitur perfecte ⁊ irreuocabiliter accipientis, tunc
pignus extinguitur: ſecus ſi irreuocabiliter, q2 acquiſitio dñs
non d3 nocere creditori nec pignus extinguitur. l. debitor. ad
Treb. ⁊ l. in rebus. C. de iure dot. Vidiſtis in ſimili in l. bello.
§. ſi quis ſeruum. ff. de cap. poſt reuer. ⁊ qd̃ not. gl. in l. iij. C. qd̃
met. cau. Et hanc ſol. t3 hic Pet. ⁊ Jac. de Ra. ⁊ Cy. C. que in
frau. cre. l. fi. ⁊ C. ſi antiq. cre. l. j. in ij. q.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Latinus Largus. Cũ pignus conſtitui poſſit in re ꝓ-
pria, adde Bar. in l. ſi finita. §. Julianus. ff. de dam. infe. ⁊ qd̃
no. Bal. in auth. ſiue. C. ad Velleia.

LEX XXXI.

Paulus reſpondit. Qñ, egi rei vẽdicatione ꝓ le-
gato ſuccubui, poſſum ne agere actione ex teſtõ. Et
vr̃ ꝙ ſic, vt hic. Dy. intelligit in c. nullus pluribus.
ex de reg. iur. lib. vj. ꝙ hoc eſt verum, ſi pronunciatum eſt rem
non fuiſſe teſtatoris: ſecus ſi fuiſſet pronunciatum non deberi,
q2 non fuit legatum. Querit glo. quid ſi reſtitutionem rei que
mea erat ſtipulat9 ſu3, deinde egi rei vendicatione, ⁊ ſuccubui,
ſi agam ex ſtiplõne, an repellar: Dic vt gl. ⁊ hic eſt cogitandũ.

De diuerſis & temporalibus preſcrip. Tit. iij.

1 ☞ Tempora preſcriptionum quot ſunt.
2 Vſucapio triennij vt acquiratur que requirantur.
3 Dominium vtile acquiritur per preſcriptionem decem vel vi-
ginti annorum.
4 Preſcriptio qualiter interrumpatur, ⁊ interrupta quid acqui-
ratur.
5 Tp̃s preſcriptionum regulariter eſt continuum, fallit in pre-
ſcriptionibus annalibus a pretore inductis.
6 Preſcriptionum tempora que ſint vtilia.

¶ Dictum eſt. ff. de except. in gñe. Item de exceptionibus rei
iudicate. Verum, q2 eſt exceptio quedam, que conſiſtit in tpe,
ideo ponitur hic iſta rubr. Item, q2 in preſcribendis re9 dat
acceſſio poſſeſſionum, ideo ponitur de acceſſione poſſeſſionu3.
1 ¶ Quero, quot† ſint tpa preſcriptionum: Gl. dt, ꝙ quedã vni9
diei, ⁊c. Ad illud quod dt, trium dierum, dic vt l. j. de gland. le-
gen. ⁊ facit C. de erro. aduo. l. vlti. Sed q̃dam eſt p̃ſcriptio vni9
hore. l. diuus. ff. de in integ. reſt. quedam xx. horarum. l. capite
v. j. de adul. ¶ Circa gl. eſt videndum de p̃ſcriptione triennij,
2 ⁊ quero, quid per eam acquirat, dic vt in gl. † Quero, quot req-
rantur ad iſtam vſucapionem triennij: Sol. dic vt gl. iſta. Vi-
3 debitis in l. in vſucapione. j. eo. ¶ † Quero, quid acquiratur p
preſcriptionem xx. vel x. ann. Dic vtile dñium. Dixi in l. vſuca-
4 pio. ff. de vſuc. Quero qualiter † interrumpatur: Dic vt gl. ſ. ꝙ
exceptio acquiritur, ſed certe nũq3 actio. l. ſi quis emptionis.
§. j. C. de preſcr. xxx. anno. Qualiter interrumpatur per ſolam
nuncij miſſionem: Dic vt in l. cum notiſſimi. in prin. C. de pre-
5 ſcri. xxx. an. ¶ Quero, † an[a] tp̃s preſcriptionum ſit vtile vel ꝯ-
a tinuum: Dic in dubio continuum, niſi inueniatur. l. cautum ꝙ
ſit vtile. Et gl. nihil allegat hic, ſed. j. l. j. in fi. vbi alleg. l. nun-
quam. §. in vſucapionibus. ff. de vſuc. Eſt ne verum iſtud indi-
ſtincte: Certe credo ꝙ d3 intelligi, ꝙ omnis preſcriptio h3 tp̃s
continuum. Fallit in preſcriptionibus annalibus inductis a
pretore. Inſti. de perpe. ⁊ temp. act. §. j. facit l. j. §. annus. ff. de
vi ⁊ vi ar. ⁊ dic plene vt dixi in l. j. §. hanc aũt. ff. ſi mu. vent. no.
b ¶ Ulterius queritur[b], † que ſint vtilis: Dic vt in glo. in fi. ibi,
6 alie vtilia ⁊c. ⁊ in eo quod allegat l. annus. ff. de calum. dicere
vr̃ ꝙ tp̃s redhibitorie quo ad ſui principium ſit vtile, quo ad p-
ceſſum continuum. Contrarium no. glo. in d. l. annus. ⁊ illam
vos teneatis, quam t3 Jac. de Are. ⁊ Cy. in l. ij. C. de edili. act.
vbi facit mentionem de iſta gl.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Quero an. Vide Bal. in l. j. C. de preſcr. lon. temp. qui
hec dicta limitat. ⁊ adde gl. ⁊ doc. in l. fi. de tempo. in integ. re-
ſti. peten.
b ¶ Ulterius queritur. An autem ⁊ q̃n tp̃s in dubio intelligatur
vtile vel continuum vide Bal. ⁊ quod ibi no. in l. q̃ſo. ⁊ ibi Lu
do. ff. de infa. ⁊ Bal. in l. annus. ff. de calum. ⁊ quod ibi no. ⁊ an
oẽ tp̃s in dubio ſemper computetur de momẽto ad momentũ
⁊ ſit continuum, vide not. in auth. hodie C. de app. ⁊ Jo. And.
in nouel. c. ſuper eo. de appel. in fi. vide Bal. in l. j. C. de dila. ⁊
in l. ſiue pars. vbi tex. eo. ti. ⁊ in dilatione ad probandum, vide
ſing. Bal. in l. ſi q̃n. in x. q. C. de teſti. ⁊ dt Pet. de Anc. in cle. j.
de reſt. in integ. ad fi. ꝙ in dubio oĩs dilatio, ⁊ omnis preſcri-
ptio intelligitur continua, niſi reperiatur cautum ꝙ ſit vtilis.
Alleg. gl. in rub. cum hic no. ⁊ vide gl. in d. cle. j. Et an tp̃s p̃fi-
xum a ſtatuto ſit vtile, vel continuum, vide Bal. poſt Cyn. in l.
fi. C. de edil. act. ⁊ an ſit continuum adeo quod currat ignoran-
ti oẽ tp̃s, vide Bal. in l. quandiu. ⁊ quod ibi dixi poſt eum. C. q
admit. ⁊ q̃ño ſumatur tp̃s vtile, vide Bal. ⁊ alios in l. fin. in j.
opp. C. de temp. in integ. reſt. pet. Et an tp̃s in dubio ſit vtile,
vide Bal. in q. inci. feneratori. ¶ Adde, an tempus dicatur vti-
le vel continuum. Bal. conſ. cclxiiij. lib. v. ⁊ an tp̃s currat de
momento ad momentum, per eundem conſ. ccxlvj. lib. v.

LEX I.

1 ☞ Impedimentum ex parte actoris vel rei, vel iudicis, facit
quod tempora vtilia non currant.
2 Cauſa legationis dicitur neceſſaria ⁊ probabilis.
3 Actor abſens ad preſcriptionem interrumpenda3 tenetur mit-
tere procuratorem.
4 Reus abſens impeditus q̃n tenetur mittere procuratorem ad
contumaciam excuſandam.
5 Impedimentu3 ex parte rei vel iudicis, qualiter probetur.

a **Qvia tractatus.** [a] Ad hoc vt vtilia currat tem-
pora, reqritur ꝙ non ſit impedimentum agen-
di, nec ex parte actoris, nec rei, nec iudicis. h. d.
Diuidit in duas par. Primo ponit cãm legis
condende. Scd̃o ponit ſtatutu3 ſuum. Secũda
1 ibi, ⁊ quidem. ¶ † No. ꝙ impedimentu3 ex parte actoris facit
ꝙ tpa non currant. Item q̃n eſt impedimentum ex parte rei.
Item ex parte iudicis, vt vtilia tpa non currant. Op. j. eo. l. ſi
ſeruus. Sf. l. dt ꝙ currit, ſed reſtituitur, que non eſt vera, q2
hic ipſo iure non currit. Item hic de vtilibus, ibi non. Iſta non
eſt vera: q2 ibi etiam de vtilibus. Tertia ſolu. ꝙ in caſu l. ꝯrie
ſeruus poterat in iudicio eſſe, ⁊c. vt gl. ⁊ iſtam t3 Dyn. ⁊ Pet.
¶ Op. ex parte rei non p̃t eſſe impedimentu3, q2 q̃n eſt abſens,
ſunt prodita remedia ꝯ abſentem. l. ſi pñs ſit. C. de epi. aud. ⁊
in l. in ꝯtibus. in fi. C. de non nu. pec. ⁊ l. vt p̃fectius. C. de an.
exce. Item de iure antiquo actor p̃t mitti in poſſeſſione3. l. Ful-
cini9. §. j. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. ⁊ dixi in l. ſi finita. §. Julian9.
ff. de dam. infe. Gl. non ſoluit bene hic, melius ſoluit glo. in l. is
b q. ff. ex qui. cau. ma. ¶ Opp. dr̃[b] hic ꝙ currant dies vtiles, ſiue
qs p̃t agere p ſe, ſiue per ꝓcuratorem, ꝯ l. queſitum. ff. de re iu-
di. Huius ꝯrij timore glo. ponit iſtam q. hic, ⁊ arguit pro ⁊ ꝯ, ⁊
determinat vt ſibi vr̃. Et primo dt, ꝙ teneatur mittere ꝓcura-
torem, per l. iſtam, ⁊ per l. Papinianus exuli. ff. de min. ⁊ per l.
ſed ⁊ ſi per p̃torem. §. aduerſus. ff. ex qui. cau. ma. In ꝯriũ l. ij.
§. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cau. ⁊ l. queſitu3. ff. de re iud. Gl.
t3, ꝙ non tenetur mittere ꝓcuratorem. Et ex gl. ⁊ ſol. eius habe-
tis, ꝙ nũq3 queritur, an ex parte actoris debeat mitti procura-
tor ad interrumpendam preſcriptionem, ⁊ d3 mitti, vt hic. Cũ
que queritur ex parte rei, ⁊ tunc aut quis non p̃t venire ex cau-
ſa neceſſaria, ⁊ non probabili, ⁊ tunc tenetur mittere procura-
torem d. l. Papinianus exuli. ff. de mino. ⁊ d. l. ſed ⁊ ſi per pre-
torem. §. aduerſus. ⁊ §. ſeq. ff. ex quib. cau. ma. Aut eſt abſens,
⁊ non poteſt venire ex cauſa neceſſaria, ⁊ probabili, ⁊ tunc non
tenetur mittere procuratorem. l. ij. §. ſi quis. ff. ſi quis cau. ⁊ l.
queſitum. ff. de re iudic. Sed ꝯ iſtam gloſ. oppono vobis. Vos
2 ſcitis, ꝙ cauſa † legationis eſt neceſſaria ⁊ probabilis: ⁊ ſi nõ po-
teſt venire, d3 mittere. l. eundi. j. de legatio. ⁊ j. eum qui appel.
in prouin. defen. l. j. Do vobis doctrinam Pe. hic, ⁊ Cy. refert
Pe. in l. j. C. de teſt. mil. Gul. de Cu. in l. ij. §. ſi quis. ff. ſi quis
diuerſificat a Petr. Tu ergo latius vt omnia comprehẽdas,
dic. Cum queritur an quis teneatur mittere procuratore3 ſic
c diſtingue.[c] Aut queris vtrum ex parte actoris ad preſcri-
ptionem interrumpendam aut ex parte rei ad contumaciam